

QUESTIONVM SVPER NVMEROS

Gxi, inferiores partes terrae inferiorum vocabulo nuncupatas, in comparatione huius superioris terrae in cuius facie viuitur: sicut in comparatione coeli superioris vbi sanctorum demoratio est angelorum peccates angelos in huius aëris detrusos caliginem, scriptura dicit tanquam carceribus inferi puniendo referuntur. Si enim deus, inquit, angelis peccantibus non pepercit, sed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in iudicio puniendo referuntur: cū Apostolus Paulus principem potestatis diabolum dicat, qui operatur in filiis diffidet. Et dixit dominus ad Moysen & ad Eleazarum filium sacerdotem, Tolle thuribula aerea ē medio exustorum: & ignem alienum huc semina ibi: quia sanctificauerunt thuribula peccatorum horum in manibus suis: & fac eam lamas duces circum positionem altari: quoniam oblatas sunt ante dominum & sanctificate sunt: & factæ sunt in signo filii Israël. Hoc loco cur non ad Moysen & Aaron sicut in superioribus dominus locutus sit, sed ad Moysen & Eleazarum filium Aaron, sicut mihi causa interim occurrit: Quoniam quæstio erat de progenie sacerdotum, id est de quo genere esse deberent: unde illi ex alio genere, quia sibi usurpare sacerdotium ausi sunt, tanta horrore & mirabili supplicio perierunt non ad Aaron, quia iam summis sacerdos erat, sed ad Eleazarum voluit loqui deus qui ei succedere debebat, & secundo ita sacerdotio fungebatur, vt eo modo fieri generis comedaret: quæ in successionibus sacerdotum esse deberet. Vnde etiam in consequentibus dicit. Et accepit Eleazar filius Aaron sacerdotis thuribula aerea q̄ ante obtulerunt qui exi sunt, & addidit ea circupositione altaris memoriale filii Israël, vt non a cedat quisquam alienigena qui nō est de semine Aaron imponere incensum ante dominum: & nō erit sicut Chorē & sicut conspiratio eius, sicut locutus est dominus in manu Moysi. Hoc ergo modo voluit per Eleazarum deus nō sacerdotum quod ita erat in Aaron, sed successoris sacerdotalis progenie comendare. Q[uod] uero ait, Et ignem alienum hunc semina: ibi sparge, intelligendum est. Et quod addidit, Q[uia] sanctificauerunt thuribula peccatorum horum in manibus suis: locutione quidem inscrita expressa sententia est. Sed notandum, uero modo dicitur sanctificate poena eorum, à quibus hoc peccatum fuerat perpetratus: quia per eos exempli datum est ceteris, quo timerent. Circupositionem autem altari cum ex eis fieri voluit, addidit dicens: quoniam oblatas sunt ante dominum, & sanctificate facta sunt in signo filii Israël: nō ergo in eis reprobari voluit, quod talibus oblatas sunt, sed hoc potius attendi ante quæ oblatas sunt: id est quia ante dominum, vt plus in eis valeret nomē dominii, ante quem oblatas sunt, q̄ pessimum meritum eorum, à quibus oblatas sunt. Hoc autem iam & in Exodo cōmemorauerat scriptura, quod altare fabricatum dicit. Vnde intelligitur genera rerum generum distributa esse per libros, non temporum ordo cōtextus. Nā & de virga Aaron quomodo res gesta sit, vt & florens & germinans electione sacerdotij eius, diuinatus indicaret, iu libro scriptura narravit, & tamē de ipsa virga in Exodo dicitur, vt in sanctis sanctorum, cum manâ in arca ponetur, quād præcipitur de tabernaculo fabricando: quod vtq[ue] longe ante præceptum est, q̄ ipsum tabernaculum fabricatum perfectum, cōsisteret. Stetit autem primo mensē secundi anni, ex quo de Aegypto egredi sunt: & liber iste incipit a secundo mense eiusdem anni secundi, primo die mensis. Vnde clarum est ista, si librorum ordinem cōsideremus, per recapitulationem: id est præteriorum recordationē cōmemorari, que putant, qui minus diligenter intendit, eodem facta ordine, quo narrantur. Et ait dominus ad Aaron dicens, Tu & Num. 18. filii tui, & domus patris tui tecum accipietis peccata sanctorum: & tu & filii tui accipietis peccata sacerdotum. Hæc sunt peccata quæ appellantur sacrificia pro peccatis. Proinde peccata sanctorum dicitur est, non quæ sancti committunt, sed ab eo quod sunt sancta sanctorum, quia in sanctis offeruntur. Et peccata dicitur sacrificia pro peccatis: ideo appellata sunt peccata sanctorum. Et peccata sacerdotij vestri: id est eadem ipsa quæ offeruntur pro peccatis: sicut etiam in Leuitico declarat, & pertinere debere dicit ad sacerdotem.

Primogenita omnia quæcumque XXXII.

fuerint in terra eorum, quantacunque attulerint dominino, tibi erunt. Hic primogenita, non scitus primi tiuos pecorum dicit: nam ipsa Graece πρωτότοκα nominant, hæc autem πρωτόγενελια. Sed Latine duabus his rebus, duo nomina repertan non sunt. Et ideo ista πρωτόγενελια quidam primicias interpretati sunt. Sed primitas ἀπαρχαι dicuntur, & aliud sunt. Hæc igitur tria ita dulcēmuntur, quia πρωτότοκα sunt primitus animalium foetus, etiam homini: πρωτόγενελια vero, primi fructus de terra sumpti, vel de arbore, vel de vite. Primitiæ autem de fructibus quidem, sed tā redactis ab agro: sicut de massa, de lacu, de dolio, de cupa, quæ primitus sumebantur. De iuueniis XXXIII. ca rufa, cuius cinerem ad aquam alpersiōis, eorumq[ue] Num. 19. mudationem qui mortuum tetigerint, proficeret lex L mandauit, nec tangere permittimur. Evidenter enim signum in ea noui testamenti præfigurabatur, nec satis dignè fentinantes dicere de tanto sacramento valemus. Primo enī quod ita cōcepit de hac re loqui scriptura, quem non moueat, & intentissimā mentem faciat in altitudine sacramenti? Et locutus est, inquit, dominus ad Moysen & Aaron dicens, Ita distinguitur legis quæcumq[ue] constitutus dominus: procul dubio non est distinctio nisi inter aliqua duo vel pluram distinctionem singularitas non requirit. Nec distinctionem cuiuslibet rei commemorauit, sed addidit legis, nec cuiuslibet legis: assidue quippe in scriptura dicitur de unaquaq[ue] re, de qua legitimate præcipit, Hæc est lex illius vel illius rei: nō inveni falsa lex, quæ cōtinet omnia quæ legitimate præcipiuntur. Hic vero cū dixisset, Hæc est distinctio legis: leuit⁹ adiunxit, Q[uia] cōsiderat dominus, præcipiēdo utq[ue], nō creādo. Nā etiam nō nulli interpretes, Q[uia] utq[ue] præcepit dominus, trahulerunt. Si ergo hæc est distinctio legis, quecumq[ue] præcepit dñs: procul dubio magna est ista distinctio. Et recte intelligitur duodecim stamēta distingue. Eadē q̄ppē sunt inveniēti & noui: ibi obūrat, hic reuelat, ibi præfigurata, hic manife M stata. Nā nō solū sacramēta diuerla sunt, verum etiā promissa ibi videtur temporalia proponi, quibus spiritale præmium occulte significetur: hic autem manifestissima spiritualia promittuntur & aeterna. Temporali autem bonorum atq[ue] carnalium, & spiritualium atq[ue] aeternorum, quæclarior certiorq[ue] distinctio est, quam p[ro]prio domini nostri Iesu Christi: in cuius morte fatigatus constituit, nō istam terrenam tristioriam felicitatem a domino deo pro magno munere sperandam & optandam, Q[uia] quandoquidem in unigenito filio suo, quem tanta illa perpeti voluit, longe aliud à se peti expectari oportere apertissima distinctione declarauit. Hæc ergo passionem dominii nostri Iesu Christi, velut distinctione duorum testamentorum, hoc quod de iuueniis rufa matatione narratur, fatis cōgrue præfigurat. Locutus est enī dominus, ad Moysen & Aaron dicens, Ita distinctio legis quæcumque constitutus dominus: ac deinde mandare incipit hæc adiungens & dicens, Loquere filii Israël, Potest etiam ita distinguiri. Et locutus est dominus ad Moysen & Aaron dicens, Ita distinctio legis quæcumque constitutus dominus dicens: non quæcumque constitutus dominus creas, sicut cœlum & terram & omnia quæ in eis sunt: sed quæcumque constitutus dominus dicens, in duobus videlicet testamentis: vt deinde sequatur,

Loquere